EPICEDIA IN OBITUM

PRÆCELLENTIS INGENII, ATQVE

OPTIMÆ SPEI PUERI

GEORGII-HERMANI,

REVERENDI ET DOCTISSIMI VIRI

DN. M. HERMANI KÖTTNERI, P.L.C.

Eccleſiaſtæ Primatis in Templo Petrino Freibergæ. Filij, in Chriſto placidè rebus humanis exempti, An. M. CI C. XXIX. XVII. Feb. & ritu Chriſtiano, XXII. Eiusdem, (Dominica Invocavit) Terræ, Matri Magnæ redditi: Cum vixiſſet Annos IX. & menſes X.

Tàm pro conſervanda memoriâ, qvàm pro συμπαθεία teſtificanda, à piè defuncti Præceptoribus oblata.

I.

IN morbo longo fueras qui puſio Jetrus,
Chara Deo, & Muſis cura GEORGIOLE;
Ingenio vegeto promptus, Muſisq; capaci,
Spirabas oculis, mente, ſonóq; decus.
Qui preſſurus eras clari veſtigia Patris,
Si vitam ulterius vivere contigerat.
Qui mihi gaudenti vocali voce ſonabas,
Sponte tuáq; alacris, quæ recitanda, dabas.
Sæpe mihi addideras ſpes largas, ſæpe mihiq;
Dixi: olim in laudes ſurget & ille meas:
Et referet doctum virtute ac arte parentem,
Doctorum in numero & conſpiciendus erit.
JOVÆ aliter viſum, qui te in ſtatione morari
Noluit hac miſera, turbo ubi cuncta rapit.
Ergo tibi Dominus ſolvit cruciamina longa,
Et placidum vitæ contulit exodium.
Defuncto ſanctè tibi gratulor ætheris aulam,
Quod tibi denato pauſa beata data.

M. Joh. Schellenbergius
Sch. Freib. Rect.

II.

EPITAPHIUM
Optimi Genij & Ingenij Adoleſcentuli
GEORGII-HERMANI KÖTNERI.
Ipſe defunctus loqvitur.

HAc ego ſvavè cubo ſub mole *Georgius-Herman*
Kœtnerus, HERMANO ſatus:
HERMANO, qvem docta Sais, qvem Cantor Apollo,
& Grex colit Sionidum.
Fructus eram fermè duo per qvinqvennia vitam,
qvum dira Clotho me rapit.
Sed bene! ſub denſâ merſum caligine mundi
tranſvexit ad poli Jubar.
Hîc ſum *Kœtnerus* merus, hîc fulgore coruſco
ſimillimo Solis faci.
Fac, Perchare PATER, levis hæc mihi tumba gravetur,
ne fortè lacrumis tuis.
Sic Tibi, qvos annos vitæ mihi fata negarunt,
addat DEUS pronâ manu.

Kœtner orientalibus eſt Aſſecla lucis.

Deproperab.

M. Andr. Mollerus Pegav. Poet. Cæſ.
Scholæ Freiberg. Conrector.

III.

NAto denato, *quid ſtas* Marpeſia rupes,
Dure Pater, largâ nec lacrimâ ora rigas?
Fòrs Stupor & tantus ſubiit præcordia mœror,
Qvòd Natus tibi, qvi TU *fuit* ALTER, *obijt?*
Sic eſt. Fle genitrix, Germani flete tenelli,
In lapides oculi diriguêre Patris.

M. Gabr. Schleiffentag Freiberg.
Schol. Patr. Collega.

Freibergæ Hermundurorum, Typis Georgij Hoffmani.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-86926-p0002-0

(7)

EPICEDIA IN OBITUM

PRÆCELLENTIS INGENII, ATQVE

OPTIMÆ SPEI PUERI

GEORGII-HERMANI,

REVERENDI ET DOCTISSIMI VIRI

DN. M. HERMANI KÖT[…]

Eccleſiaſtæ Primatis in Templo Petrino Freibergæ. Filij, i[…] nis exempti,
An. M. CI C. XXIX. XVII. Feb. & ritu Ch[…]
(Dominica Invocavit) Terræ, Matr[…]
Cum vixiſſet Annos IX. & m[…]
Tàm pro conſervanda memoriâ, qvàm pr[…]
à piè defuncti Præceptoribus[…]

I.

In morbo longo fueras qui puſio Jetrus,
Chara Deo, & Muſis cura Georgiole;
Ingenio vegeto promptus, Muſisq; capaci,
Spirabas oculis, mente, ſonóq; decus.
Qui preſſurus eras clari veſtigia Patris,
Si vitam ulterius vivere contigerat.
Qui mihi gaudenti vocali voce ſonabas,
Sponte tuâq; alacris, quæ recitanda, dabas.
Sæpe mihi addideras ſpes largas, ſæpe mihiq;
Dixi: olim in laudes ſurget & ille meas:
Et referet doctum virtute ac arte parentem,
Doctorum in numero & conſpiciendus erit.
Jovæ aliter viſum, qui te in ſtatione morari
Noluit hac miſera, turbo ubi cuncta rapit.
Ergo tibi Dominus ſolvit cruciamina longa,
Et placidum vitæ contulit exodium.
Defuncto ſanctè tibi gratulor ætheris aulam,
Quod tibi denato pauſa beata data.

M. Joh. Schellenbergius
Sch. Freib. Rect.

[…] adoleſcentuli
[…]TNERI.
[…]ur.

H[…] *Georgius-Herman*
Her[…]us:
[…]m Cantor Apollo,
Fruct[…]ennia vitam,
[…]t.
Sed b[…]e mundi
Hîc ſu[…]re coruſco — Kœtner orientalibus eſt Aſſecla lucis.
Fac, P[…]tumba gravetur,
Sic T[…]a negarunt,
[…] Deproperab.

[…]lerus Pegav. Poet. Cæſ.
[…] Freiberg. Conrector.

III.

Nato denato, quid ſtas Marp[…]
Dure Pater, largâ nec la[…]
Fòrs Stupor & tantus ſubiit pr[…]
Qvòd Natus tibi, qvi T[…]
Sic eſt. Fle genitrix, Germani f[…]
In lapides oculi diriguêre Patris.

M. Gabr. Schleiffentag Freiberg.
Schol. Patr. Collega.

Freibergæ Hermundurorum, Typis Georgij Hoffmani.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-86926-p0004-1